



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 98. Heroica pro Ecclesiæ regimine consilia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul, XVI.  
A.C. 1555.

§. XCVIII.

*Heroica pro Ecclesiæ regimine  
confilia.*

Ciac. p. 802.  
Vol. ep.  
Princ. p. 161.

[n]super Christianorum Principum paci, ac concordiæ tantopere consulere desiderabat, ut paucis post suam electionem diebus Caroli V., Regisque Franciæ Oratores adesse juberet, eisque injungeret, ut suos quisque Principes certiores redderent, quod, nisi inter se, prout jamjam moniti essent, pacem conciliarent, non amplius ad eos velit mittere Nuntios, sed ipse ad illos profecturus esset. Præterea ab Oratore Regis Hispaniæ pro nobilissimo quodam viro Romano homicidii veniam deprecante exorari nunquam potuit, hæc verba subjiciens: Nequaquam mihi placet, ab homicidii absolute Pontificatum iniire: insuper Judicibus formam, certasque leges præscripsit, quæ judicando ab omnibus servarentur: omnes autem legationes non longiores biennio decreverat, ac Cæsarianis, & Gallis pariter addictus fuit, unde ne Cæsari magis, quam Gallo favere videretur, Christophoro Madrutio Cardinali, qui Princeps inter Cæsarianos habebatur, Bononiensem Legationem concedere recusavit, & tamen decem millia aureorum, quæ biennio illa legatio pendebat, da-

ri

ri ex Pontificio ærario jussit. De Sæc. XVI.  
 mum a luxu, ac fastu, qui plerumque A. C. 1555.  
 Thiam, ac Romanam purpuram sub-  
 sequitur, tantopere alienus erat Ponti-  
 fex, ut Germanos Satellites, qui Ponti-  
 ficis custodiæ invigilant, exautorare vo-  
 luerit, eoquod Vicarium Christi ad sui  
 tutelam corporis, gladiis non indigere  
 crederet, cum multi Principes Christia-  
 ni signo potius Crucis, quam armis con-  
 tra hostium impetum tuti non raro  
 fuissent: unde satius esse ajebat, Pon-  
 tificem a sceleratis, & impiis, si casus  
 ita tulisset, interfici, quam indecori me-  
 tus, aut parum necessariæ Majestatis ex-  
 emplum præbere.

Procul etiam a suo Palatio super-  
 fluam Aulicorum turmam abesse voluit,  
 necnon immodicas suorum Prædecesso-  
 rum expensas ad exiguam pecuniæ  
 summam redegit, quam non nisi in Vi-  
 ros virtute, ac probatæ vitæ fama cla-  
 ros erogabat, nec minus tenui utebatur  
 suppellectili, atque argentea, vel aurea  
 vasa aspernatus, iis conflatis potius æs  
 alienum, quo Roma gravabatur, solvi  
 præcepit: Auditores vero rotæ ad i-  
 psam pristino more salutandum venien-  
 tes domi quiescere, & a parum neces-  
 sario salutandi obsequio cessare, causis-  
 que vacare voluit. Illud etiam crebris  
 solebat usurpare sermonibus, se nun-  
 quam

M 2

quam

**Sæcul. XVI.** quam permissurum, ut iis, quibus esset  
**A.C. 1555.** animarum credita administratio, a suis  
 abessent Ecclesiis, neve politicæ juris-  
 dictionis munia tractarent, cum id  
 Ecclesiastica disciplina indignum, & An-  
 tistitum muneri, & sanctitati turpissi-  
 mum videretur.

## §. XCIX.

*Marcelli II. Papæ obitus.*

**Ciac. & Reg.** **Enimvero** fausta prorsus ætate florui-  
**l.c. Panv. in** set Ecclesia, si tanto, tamque pie af-  
**Mar. II.** fecto Pontifice diutius frui licuisset: ast  
**Pallav. n. n. 7** cum is extirpandis vitiis, ac hæresibus  
**Sleid. l. 26.** ab Ecclesia eliminandis, necnon bellis,  
 ac componendis Principum dissidiis, &  
 denique omni fastui, atque inutilibus  
 Curia Romanæ expensis penitus tolen-  
 dis intentus esset, duodecima Pontifica-  
 tus sui die vigesima nona Aprilis habito  
 cum Farnesio, Guisio, & Ferrariensi Car-  
 dinalibus colloquio febris corripiebatur,  
 quam ex eo ortam credebant nonnulli,  
 quod solemnibus Dominicæ Passionis  
 ritibus, crebrisque eorum, qui sua  
 deferebant obsequia, salutationibus ni-  
 mium debilitatus fuerit: postridie ta-  
 men incisa vena adeo convalescere cæ-  
 perat, ut rursus solitis suis functionibus  
 incumbere posset: ast trigesima ejus-  
 dem Mensis die, seu Pontificatus sui vi-  
 gesima prima recrudescente morbo a-  
 pople-

**Duchesne**  
**hist. des Pa-**  
**pæ p. 413.**  
**Spond. n. 7.**  
**Belc. comm.**  
**l. 27. n. 2.**